Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nuntiet · aut ab hominibus die · sed neque mittam
nuntio · Nihil enim mihi conscius sum: sed nō
in hoc iustificatus sum · Qui autem iudicat me
dominus est · Itaque nolite ante tempus iudicare
quoadusque veniat dominus qui et illuminabit abscōn
dita tenebrarum et manifestabit consilia cordium
Et tunc laus erit unicuique a deo Ps. Qui sedes do
mine super cherubim exerta potentiam tuam et veni V. Qui re
gis israel intende qui deducis velut ouem ioseph Alleluia V.
Exerta domine potentiam tuam et veni ut saluos facias no
bis Illo tpe · Cum audisset iohannes in vinculis opa xpi mittens de discipulis
suis ait illi · Tu es qui venturus es an alium exspectamus? Et respondens ihesus ait illis · Euntes re
nuntiate iohanni quae audistis et vidistis · Ceci
vident · claudi ambulant · leprosi mundantur · surdi audiunt · mor
tui resurgunt · pauperes evangelizantur · et beatus est qui
non fuerit scandalizatus in me · Illis autem abeun
tibus · cepit ihesus dicere ad turbas de iohanne · Quid
existis in desertum videre? Harundinem vento agitatam? sed quid existis videre? Hominem mollibus
vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus
regum sunt · Sed quid existis videre? Prophetam?
Etiam? Dico vobis et plus quam prophetam · Hic est
enim de quo scriptum est · Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuam qui praparabit viam tuam ante te
Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob Offertorium
remisisti iniquitatem plebis tue Secreta Quaesumus domine
hostia ingressi immolentur · quae et sancta
agant in sublimia mysteria et salutare tuum nobis im-